

non valebit: quia non dicitur continere levem solemnitatem, ut num. 27. idem in renuntiatione Velleiani, ut in num. 28.

26 Forma substantialis est, quae dat effectum.

29 Tutelam suscipere una die, & alia die renuntiare secundum nuptias & Velleiano, vel contra primo renuntiare, & alia die tutelam suscipere non sufficit.

30 Omisso renuntiationis secundarum nuptiarum, & Velleiani praesentis aere creditoribus pupilli, quibus mater promittit, quod pupillus eius debet, tunc si mater constitueret ad aere, non praesentis aere sibi, quia iuvatur Velleiano adversus filium, postea contra ipsam agentem, quod non fecisset, si renuntiasse.

31 Differentia inter renuntiationes aliarum nuptiarum, & Velleiani ea constituitur, quod illa specialis esse debet, haec autem sufficit generalis, sed verius est ut utraque specialis requirere expressionem.

32 Mater & avia suscipientes tutelam vel curam filiorum, vel nepotum suorum ultra renuntiationem aliarum nuptiarum, & Velleiani, debent quoque omnino alij legem auxilii renuntiare.

33 Mater & avia suscipientes tutelam, vel curam filiorum, vel nepotum suorum, si renuntiasse fecerint nuptias, & Velleiano, omnino, alij legem auxilii, an possint pro debitoribus tutelae, vel cura in carcerari, referuntur duae communes opiniones contrariae in hoc, scilicet negat una eligitur tanquam verior, & tenenda in praxi.

34 Mater vel avia habet privilegium, ne conveniatur ultra quam facere potest, nisi renuntiare non potest, & cuius hoc beneficium competit, mitti non potest in carcerem, ut in n. 35, ubi etiam quod hoc privilegio gaudent omnes ascendentes, quibus honor & reverentia debetur.

36 Mater nulla capi potest pro debito non descendente ex delicto, nisi sit impudica.

37 Hypotheca expressa bonorum intervenire quoque debet instrumentum tutelae vel curae, sed eius omisso non vitia bilis dationem tutelae vel curae, cum sufficiat tacita hypotheca hoc casu iure inducitur.

38 Gestio per matrem & aviam, qua non renuntiasse secundum nuptias, & Velleiano, si non sit sibi oppositum, valet idem in tempore perituris, & qua coherunt utilitatem pupilli, ut in n. 41.

39 Mater & avia tutrices vel curatrices filiorum, vel nepotum suorum in testamento relicta, an debeant renuntiare pars nuptiarum, & Velleiano? eliguntur pars negantia.

40 Consuetudo in creatione tutoris, curatoris, syndici, vel

41 Mater existens in moribus, & locis remotis in quibus non potest facile consulere peritioribus, excusatur, si non fecerit renuntiationes a iure requisitas ad valore tutelae, nempe aliarum nuptiarum & Velleiani, & c.

42 Mater vel avia tutrix tenetur iurare utilia facere, & inutilia praetermittere, & inventarium consicere, ut in n. 44, & rationem reddere administrationis suae, sive tutrix fuerit, sive non, ut in n. 45.

43 Mater etiam bene & optime administrasset bona filiorum, si tamen non confesserit legitime inventarium, neque possit reddere rationem, non ideo excusatur, sed si non fuisse opus tutelae male administraverit bona filiorum, minus cum ea agatur: quam si suscepta tutelae pariter male, & non legitime conficere inventarium administravit, ut in n. 47.

44 Mater, quae tutelam suscipit prae inventarium, librum etiam rationum consicere tenetur, in quo clare continentur exacta & expensa, alias esset in dolo, & contra eam datur filius iuramentum in litem.

45 Bona matris pro administratione tutelae, vel curae filiorum, sive tacite hypotheca eiusque, dos retineri potest pro praedicta administratione, donec reddat rationem: & retentio in dote hoc casu admittitur, ut in n. 50.

46 Hypotheca non retineri potest ratione hypothecae,

52 Liberatio generalis facta a testatore ab obligatione reddendi rationem, non praesentis matris, nec alij administrantis, si dolum committat, vel reliqua possidat, & quid operetur praedicta liberatio, nu. 53, & n. 54.

53 Mater an testamento dari possit tutrix vel curatrix filio suo, superflua quaestio est, nisi in casu de quo hic.

54 Mater, vel avia relicta a patre tutricem in testamento imperficilo, confirmatio requiritur etiam in testamento imperficilo inter liberos & n. 58, quod si iudex requisitus id neglexerit, mater vel avia, vel alius tutor, sic relicta poterit administrare, ut in n. 60.

57 Tutela est onus, sed munus honorificum.

58 Eadem solemnitas iure regio requiritur in testamento nuncupativo inter liberos, qua inter extraneos alias desideratur: quod procedit etiam in testamento, in scriptis, ut in n. 59.

59 Mater non potest dari tutrix aut curatrix per iudicem tanquam extranea.

60 Mater vel avia intra quod tempus debeant potest tutelam vel curam filiorum, vel nepotum suorum, & num. segg. praecipue nu. 63.

61 Agnatus proximior infra quatuor menses a die scientiae debet potest tutelam vel curam.

62 Mater vel avia non remouetur a tutela vel cura etiam si habeat litem cum minoribus, sed adiungitur eis alius tutor vel curator.

63 Ratio optima prohibitionis, ne mater assumens tutelam filiorum suorum transeat ad alias nuptias, scilicet. Porro podria acatcer que & in gran amor que avia iu marido que tomalle de nueuo: non guardaria tambien las personas ni los bienes de los mocos, o haria alguna cosa que tornara en gran daño dellos.

64 Mater & tutrix filiorum transeunt ad alias nuptias, orphanus statim ab eius potestate auferendus est, ratione simili de qua supra, nu. 61.

65 Mulier praesumitur amore magis ardere ad secundum virum, quam ad filios.

66 Iudex non tenetur de necessitate providere tutorem petentem, & nominati a matre cum transit ad sec. nuptias, sed est in eius arbitrio dare illum, vel non: diligenter tamen super hoc inquirere debet iudex, & facere, quibus dicitur in n. 69, & ubi comperit illi idoneum, quem proposuit mater, illum potius decernere debet, quam alterum quemvis, ut latius hic agitur, n. 69.

70 Tutor aut curator datus ex abrupto, & absq. causae cognitione ad requisitionem matris transeuntis ad secundam vota, non potest esse tutor neque curator, sed loco illius legitimus admittendus est.

71 Mater transeuntis ad sec. nuptias, potest potestere aliquid tutorem dari filio suo, non sibi gener aliter nunc nominato, sed etiam nominati plurib. vel aliquo ex eis: sed sibi matris iudicium non est satis, sed inquisitione iudicis opus est: & ideo inquisitione facta potest iudex sequi consilium matris, vel alio suo arbitrio dare, ut in n. 72. sicut petitus a matre ex inquisitione, dicitur q. sit idoneus, debet dari a iudice, & ad hoc tenetur, ut in n. 73. licet n. electio sit iudicis arbitrio permessa, hoc tamen arbitrium debet esse iuri boni, & iuri consoni, & si sicus arbitrietur, appellari potest, ut in n. 74. ubi et q. in pari causa sit aliquando inferiori petitus a matre debet praesertim legitimo praecipue in avo matris nepotito a matre contra patrum, idem in omnibus sup. dictis dicendum est, in coadjuvatore dando tutorem suscipulo, ut in n. 75. & an pater & frater matris transeuntis ad secundas nuptias, possint ab eadem nominari in tutorem filius suis, num. 76.

77 Vitricum an possit esse tutor privignorum suorum ad nominationem matris? respicitur regulariter negative, scilicet primo, quando simul cohereret consensus parentum, vel eorumdem testamentis, ut n. 78. scilicet 2. quando

quando ex inquisitione apparet utile esse minoribus dari vitricum tutorem eorum, ut in n. 79. scilicet tertio quando hoc peteret ipse minor, maior tamen 14. a minorum, & sic iam adultus, ut in n. 80.

81 L. si. arb. tut. in iud. gl. intellectus circa id, an vitricum possit esse tutor privignorum.

82 Tutor legitimus opponens se contra vitricum, ei praesertendum est.

83 Pupillus educari non debet apud matrem transeuntem ad secundas nuptias, neq. apud eius maritum.

84 Decretum iudicis decernens tutelam filiorum matris transeuntis ad secundas nuptias simul cum alio, vel deservire est nullum: sed si alter tutor decretus cum matre filius sit sufficiens administratio tutelae, non debet alius datus constitui, ut in n. 86.

85 Suspicio regulariter est contra matrem secundo nubentem, quod filios quoniam excoriabit propter novum virum: & suspicio illa est manifesta iuris praesumptione, ut in n. 89.

87 Mater qua transeunt ad secundas nuptias, testatore volente, an possit esse tutrix testamentaria communium liberorum? & nu. segg.

88 Tutela testamentaria ipso iure finitur per transitum matris ad secundam vota.

90 Dolus verus, nec praesumptus futurus remitti potest per testatorem.

92 Mater contractibus sponsalibus an amittat tutelam, vel an eam admittatur, si adhuc eam non habebat?

93 Prohibitio secundarum nuptiarum in matribus viduis tutricibus filiorum suorum, est iuris publici in favore ipsorum.

94 Voluntas testatoris tunc est lex, quando contra legem non disponit, alias fecit.

95 Iudex non tenetur nec debet sequi voluntatem patris praecipientis, ut mater filiorum suorum etiam transeuntis ad secundas nuptias sit tutrix eorum, nisi aperte ostendatur, quod hoc cedat in utilitatem illorum.

96 Iudex non debet sequi voluntatem testatoris remittentis tutorem consuetudinem in venturam, si appareret hanc remissionem esse contra utilitatem pupilli: quod etiam poterit facere ex alijs similibus & iustis causis, nempe recedere a voluntate testatoris, ut in n. 97.

98 Ratio, quare requiritur, quod mater vel avia assumens tutelam filiorum, renuntiet Senatui cons. Velleiano.

CAPUT VIII.

De matre vel avia tutricem relicta suorum filiorum vel nepotum.

MULIER (ut in calce praecedentis, c. dicebamus) tutelae gerere prohibetur, ut in l. i. C. quando mul. tut. officio fungi poss. & l. tutela, & l. ultima, ff. de tut. & l. iure nostro, ff. de testa. tut. & l. i. se, in pr. ff. de tuto. & curat. dat. ab his, & colligitur ex regula l. 2. ff. de regu. juris, junctis. Athletas, §. tutela, sed et vitis, ff. de excus. tut. & l. i. tit. 16. p. 6. quod prius legibus Solonis cautum fuisse refert Sylvest. in §. n. n. 31. Inst. de legit. patro. tut. & refert Caldas Persir a inter gralla. doct. de in integ. restit. min. 2. part. pag. 131. nu. 106.

Est in pari causa sit aliquando inferiori petitus a matre debet praesertim legitimo praecipue in avo matris nepotito a matre contra patrum, idem in omnibus sup. dictis dicendum est, in coadjuvatore dando tutorem suscipulo, ut in n. 75. & an pater & frater matris transeuntis ad secundas nuptias, possint ab eadem nominari in tutorem filius suis, num. 76.

Vitricum an possit esse tutor privignorum suorum ad nominationem matris? respicitur regulariter negative, scilicet primo, quando simul cohereret consensus parentum, vel eorumdem testamentis, ut n. 78. scilicet 2. quando

connub. prim. part. gl. i. nu. 74. & Caldas, ubi sup. probans idem esse in omnibus tutelis etiam testamentaria, secundum glossam primam, ibi a testatore in l. i. fin. ff. de tutel. quam legitur Montali, in 3. titu. 7. lib. 3. for. gl. vltim. & tanquam ab omnibus receptum & indubitatum tradit Berouius, qu. 67. & ex multis probat Gramma, consil. 134. in evilibus, idem; firmat, l. i. tit. 16. p. 6.

Vique tunc adco, ut non valeat dispositio testatoris relictus tutorem ad electionem matris vel mulieris, secundum Berouium, d. quaest. 67. & colligitur ex Conano, lib. 2. c. 4. nu. 7. Valebit tamen praecipuum, ut tutela de consilio mulieris administraretur, liquidam decedens, §. i. ff. de admist. tut. Dec. late in l. 2. n. 17. & 20. ff. de reg. iur. Berou. ubi sup. n. 5. & Calad. vbi sup. Nec ratio praefata d. l. i. §. fin. ff. pot. tut. erit in impedimento administrationis, quoniam in praemissa specie tutor consilium mulieris sequi non cogitur, nec tenetur: licet recte faciat, si salubriter praesertim admittat, quod indicat Papin. in d. l. i. quidam decedens, §. i. & ibi not. 2. gl. vers. ut regu. Bart. Alib. & omnes per tex. in l. si Titium in pr. & ibi, glo. vers. dedisset, & Bar. eod. tit. Natura enim consilii ea est, ut sequendum necessario non sit, l. cum pater, §. mando, §. i. ibi Bart. ff. de lega. 2. c. cum olim, de arbit. Rom. cons. 22. late Decian. in ca. ex parte, n. 3. de Constat. Dist. Cov. in cap. quam vis patrum, in 2. par. §. 2. n. 6. & 7. vers. secundum, de pact. in sexto, quos ad hoc refert & sequitur Caldas ubi supra.

Poterant tamen foeminae a Principe specialiter tutelam filiorum possulare, ut inquit, l. i. §. ff. de tutel.

Hodie tamen mater & avia iure recentiori tutrices filiorum & nepotum suorum esse possunt, exxi. in auth. matris & avia, c. quando mul. tut. officio fungi poss. in corpore unde sumitur, l. 4. vers. fueras ende tit. 16. p. 6. vbi dicitur, Que la madre, o abuela que fuesse dada por guardaradora de sus buerfanos, se le puede bien otorgar la guarda si prometiere en manos del rey, o del juez, del lugar do son los buerfanos que entretanto que los tutiere en guarda, no se casara. Eotro si renunciara la defension que el derecho otorga a las mugeres que no se puedan obligar por orro. Er assignat rationem prohibitionis secundarum nuptiarum: Porque podria acatcer que por el gran amor que avia a su marido que tomasse de nuevo no guardaria tambien las personas ni los bienes de los mocos, o furia alguna cosa que se tornara en gran daño delos; por que sino renunciara la defension sobre dicha. Dudarian los hombres de merear, o fazer pleyo con ella, maguer viesse mester de lo fazer por guardar: o por acrecentamiento: o por pro de los bienes de los mocos. Er hoc quando mater vel avia relinquuntur vel datur tutrix in testamento: quod iure quotidie vitium.

Idem tunc est in tutela legitima, non flante tutore testamentario. Mater enim vel avia, si velit, potest assumere tutelam filiorum vel nepotum & praefertur legitimis, si inter gesta nuptias alius & Senatus consulti Velleiani auxilio renunciasse, ut in d. aut. matris & avia & in corpore unde sumitur, c. quando mul. tut. officio fungi poss. l. 9. ibi Si los mocos no omeren madre ni abuela, tit. 16. p. 6. juncto vers. en suam, l. i. ibi, Mas si los buerfanos, & c. Quo fit, ut inferius dicta habeant locum in vtroq. casu, ut probat Gregorius Lopez in d. l. 4. in gloss. dada in prin. tit. 16. part. 6.

Nunc autem tunc sigillatim declaremus verba, d. l. 4. circa officium tutelae matris & aviae, ut hoc ordine materiam vberioriter reddamus, & claro modo digestam.

Madre o abuela: Intelligit sive mater sit legitima, sive naturalis, ut in auth. ut sine prohi. matris, §. i. in fin. collat. 7. l. i. C. quando mul. tut. officio fungi poss. & ibi Dd. gl. in d. aut. matris & avia verb. matris, in pr. & ibi Bar. & committere Da. secundum Greg. Lopez, in d. l. 4. in gl. madre, in principio, & Ant. Gomez, in l. 4. Tauri, cum sequentibus.

rib. nu. 10. vers. item adde, ubi etiam loquitur in avia naturalis; tamen idem Bartol. in l. si quis sub condicione, n. 7. ff. de testam. eum, & ibi DD.

10 Similiter testam. mater filii spiritui tutelam petere potest, quia quantum ad ea. Impuritas non implicat nec consideratur, ut in §. vlt. glo. In l. de succ. cogn. & in §. noviss. In l. de Ord. servanum in glo. in d. l. in. verbo, profectus, ubi: an autem spiritus, & ibi communiter DD. secundum Ant. Gomez. ubi sap. qui hoc verum intelligit, nisi talis filius sit natus ex damnable coitu, secundum Salycet. in d. l. si quis etiam refertur & sequitur Greg. Lopez. ubi supra.

11 Secundo fallit, si mater sit illustris, ut in adum DD. in d. l. si. & Bart. in d. l. si quis sub condicione, n. 7. Ant. Gomez. ubi supra in vers. falut, addens, quod predicta in matre, habent etiam locum in avia, & aliis ascendentibus, ut in d. l. si quis sub condicione, & ibi communiter DD.

12 Quod si pater & mater naturalis concurrant, preferatur pater quasi legitimus, licet sit naturalis tantum, iuxta gl. d. ver. matri vers. sed quid sit mater, & pater, in d. l. matri & avia, ubi Odoz. Alber. & Salyc. num. 3. vers. quarto. quos sequitur Gregor. Lopez. ubi supra. licet Bart. aliud videatur sentire.

13 Quod si sit avia & avia, ambos esse admittendos, probavit eadem gl. ibi: item quid sit, secundum opinionem quorundam, & iuxta hoc inquit gl. si fuerit mater & avia, preponitur avia paterni, cum sit legitimus, sed si sint pater, & avia, equaliter admittentur, cum ille, ut legitimus, illa per aut. admittatur.

14 Quod si primum, quando concurrunt avia & avia, materis & materis, vel de converso legitimi, in quibus terminis procedit questio gl. licet Bart. in d. l. si quis sub condicione, num. 9. teneat, & nitatur probare, avium preferendum: Salyc. tamen in d. l. matri & avia, in §. quest. num. 10. tenet, quod avia simul volens cum hoc avo paterno admittatur, cuius opinionem sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 4. in gl. abuela, & quod admittatur simul ad hereditatem.

Probat text. in auth. defuncto C. ad Tertull. & l. 4. tit. 13. p. 6. & verumq; de hereditate, & tutela probatur in auth. de hered. ab intestat. veniens, §. ex his; Neg; obstat argumentum, quod ex eo textu, pro se desinit Bart. Illud namque tantum probat, quod mater, & avia non preferantur aliis ascendentibus, non vero prohibet coniunctionem eorum, qui sunt in parigradu. Imo vt praximus, text. illic probans, quod coniunguntur ad hereditatem, & tutelam, vt constat ex illis verbis, mulieribus, enim etiam nos interdicimus tutela subire officium, nisi mater, aut avia fuerit, his enim solis secundum hereditatis ordinem, & tutelam subire permittimus, si inter gesta, & nuptias alius, & auxilio Velleiani Senat. consulto renunciant. Sed ad hereditatem fit coniunctio habentium eundem gradum, ex quo enim inter illos hereditas dividitur, ut in d. l. matri, de hered. ab intest. ven. §. si igitur in vers. si autem. Ergo & ad tutelam ascendentes habentes eundem gradum coniunguntur. Nam, vt in d. §. ex his, dicitur, vnum quocumque secundum gradum & ordinem, quoad hereditatem vocatur, aut solum, aut cum aliis, etiam functionem tutelam suscipere, nulla facta differentia agnationis, & cognationis, sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quicq; ex masculorum, quicq; ex feminarum prole descendunt minori coniuncti. Idemque servandum est eadem ratione in ascendentibus, vt in d. §. igitur in vers. si autem.

Stantibus autem matre & avia, preferatur mater avia, ut in ad. iuribus authenticorum, ubi secundum ordinem, ubi gloss. & DD. expressa lege §. tit. 6. p. 6. ubi, si la madre no quisiere, &c.

15 Quoad secundum dictum, gloss. in d. l. authent. matri & avia, vers. matri, de quo supra, nempe, quod concurrentibus matre pupilli & avo paterno ad tutelam il-

lius, quod preferatur matri avia paternus, observandum est, quod quicquid hoc gl. dicit, mater debet preferri avo paterno minoris in præd. tutela, secundum Odoz. Alber. Bart. & Salyc. in d. authent. matri & avia, quos refert & sequitur Greg. Lopez. in d. l. 4. verbo madre, ubi inferitur etiam in l. 6. part. 6. & tenet etiam idem Bart. in l. si quis sub condicione, n. 12. ff. de testam. tutela. Et ita fuit decisum in consil. Neap. secundum Matth. de Assit. dec. 1. Neap. 133. n. 15. & ubi hac opinione iure probat, nec non eundem Matth. de Assit. d. per totam præcipue in fine, hoc est n. 4. Quæ sententia eo comprobatur fundamento, quia, vt in superioribus probavimus, tutela defertur, sicut ius successiois, vt in leg. meminimus, C. de legitimis hered. l. r. ff. de legit. tut. cum similib. sed mater tanquam proximior proculdubio excludit a successione avum, vel aviam, i. defuncto, C. ad Tertull. & probat Assit. d. dec. 281. n. 1. id, quod l. Regia 6. Taurin. l. 1. tit. 8. lib. 6. nov. collect. Reg. est notissimum ubi, per su. orden, y line a derecha. Ergo & in tutela idem erit observandum, præcipue attenda auctoritate sacri concilii Neapol. quod hisiam hoc ita pronuntiavit, vt constat ex Matth. de Assit. vbi supra.

16 Quoad tertium & vltimum dictum gl. supra. nempe, quod si sint pater & avia, æqualiter admittantur ad tutelam, contrarium est etiam tenendum, imo quod in hac specie pater preferatur avia paternæ, sive maternæ. Et ratio est clarissima, quia pater excludit matrem pupilli, quæ est proximior, vt supra relolvimus. Ergo fortius aviam, quæ est remotior gradu, & quia simul cum patre ad eius hereditatem non vocatur, sed pater preferatur, vt patet ex supra adductis. Ita rectè probavit Salycet. in d. authent. matri & avia, num. 7. contendens, quod gloss. ibi non tenuit contrarium, nec decedendo id dixit, sed quod est secundum se inconveniens & absurdum, ad quos deducit quosdam, de quibus supra fecerat mentionem. & quod potius glossa vult, quod pater preferatur.

17 Nec solum mater & avia admittuntur ad tutelam, & curam suorum filiorum vel nepotum, sed etiam eis deficientibus pro avia. Bart. in d. l. si quis sub condicione, num. 6. text. in authentica de hered. ab intest. veniens, §. final, quia pro avia vere est avia, licet adiaciat dictio pro, ut in l. appellatione parentis, n. 1. ibi, sed & mater & avia, & pro avia, ff. de verb. signif. cum similib. & opinionem Bart. ubi supra sequitur Greg. Lopez. in d. l. 4. in glossa abuela, in principio, late lason allegans Bartol. in pluribus locis, in l. Galus, §. in istis numeris. 33. cum sequent. ff. de lib. & posthumis.

18 Non tamen mater & avia coguntur invitæ suscipere tutelam, sed voluntibus à jure permittitur, vt patet ex text. in d. l. authent. matri & avia, & in corpore, unde sumitur & ibi gloss. & communiter Doctores, super illis verbis subire permittimus. Ergo non coguntur, & in d. l. Regia 4. ubi, Effuence bien le puede otorgar la guarda de sus hijos, o de sus nietos segun que es sobredicho, Bart. in d. l. si quis sub condicione, n. 12. Ant. Gomez. in l. 4. Taurin. n. 10. ubi, adde tamen: & probatur etiam expresse, in l. 9. ubi, Non si los buerfanos sobre dichos ovieson madre, & abuela a que quisiese guardar los buerfanos, & sus bienes, entonces dezimos que la madre lo puede buzer ante que ninguno de los otros parentes, tit. 16. part. 6. & in l. 95. in princ. ubi, queriendo tener su hijo buerfano y los bienes del en su guarda, tit. 18. part. 3. & ibi notat Gregor. Lopez. in gl. 1. Baer. a de dec. tut. cap. 4. num. 39.

19 Ex qua verissima conclusione deducit Gregorius Lopez. in d. l. 4. in gl. dada, quod cum mater vel avia datur tutrix in testamento, non indiget confirmatione, sed solum habet tutelam agnoscere coram iudice, renunciando beneficiis, de quibus supra dictum est, hoc est, secundis nuptiis & Velleiano. Quod etiam probari dicit ex dict. l.

dict. l. 95. ibi, queriendo, & c. tenet Bart. in d. l. si quis sub condicione, num. 24. Et ita censo esse tenendum, quando testamentum est solenne contra gloss. in d. l. authent. matri & avia, verb. testamentarius, in vers. item quid si sola est data, iuncto vers. prima placet.

Debet tamen sibi prius decernat administratio, nisi testator aliud jusserit, ut supra. resolvimus cap. 5. num. 9.

20 Quod si mater & extraneus dentur tutores in testamento, uterque erit tutor, ita gl. præd. l. in princ. iuxta opinionem H. quæ sibi placet, & ibi Salyc. quest. 19. Bartol. in d. l. si quis sub condicione, n. 22. ff. de testam. tut. & Gregor. Lopez. in d. l. leg. 4. in glo. verbos dada, tit. 6. p. 6.

21 Querit tamè gloss. in d. l. authent. matri & avia, verb. permittimus, an tutela matri & avia, de qua ibi sit legitima, vel dativa? Et arguens ad partes, inquit primo, videri legitimum, ut in omnem, C. ad Tertull. contra dativam, cum legitima per l. codicis, eam præcedebat, l. 2. C. quando mul. tut. officio fung. sol. in vers. si dem am. ubi tunc demum petenda tutelam habet cum tutor, vel testamentarius, vel legitimus deserit, (quævis hodie secus sit, ut in d. l. authent. matri & avia, ibi gloss. & ibi etiam ante agnatis.) Præterea lex non dat matri tutelam, nisi ipsa se offerat, colligitur ex dict. authent. matri, & avia, quod non sit in legitimum, ut in leg. legitimis, in princ. ff. de legit. tut. Denique non compellitur, nec periculum patitur, si non susceperit, ut resolvimus sup. Quare potest dici, inquit gloss. non esse legitimam, nec dativam, sed extra ordinariam, nisi dicas legitimam, id est secundum l. a. iudice datam, Tandem aviam, in fin. in ea residet sententia, quod videtur legitima, ut in Authent. de hered. ab intest. veniens, §. ex his, & in auth. presbyteros. 2. C. de Epi. & clerico, adde in d. l. authent. matri & avia, Et hoc ultimum probat Bart. in d. l. si quis sub condicione, n. 15. scilicet, quod sit legitima per iura authenticorum, non vero per leges duodecim tabularum, dicitur sup. cap. 2. num. 4. & cap. 5. num. 8. cum communi, erit; voluntaria, non vero necessaria: sicque legitima tutela, quædam est necessaria, quædam voluntaria: nec enim ex eo, quod sit voluntaria, definit esse legitima: siquidem a iure authenticorum defertur. ut alias videmus in legitimis hereditibus, quia quidam sunt sui & necessarij, quidam vero voluntarij.

Quod si mater, vel avia sit data tutrix testam. erit testamentaria voluntaria, secundum Bartol. ubi sup. n. 4.

22 In præd. l. Regia, ubi: Bien le puede otorgar la guarda de sus hijos: hoc verbum guarda generalius est, quod dicitur tutelam, prout dicitur iura authenticorum, unde lex nostra Regia utrumque rectè & proprie comprehendit, nempe tutelam & curam, ex qua ampliatur dispositio prædictorum iurium, loquendum de tutela, ut procedant etiam in cura. Id quod iure etiam communi & æquitate probaverat, glo. verb. tutela, in d. l. authent. matri & avia, & ibi communiter Doctores, & tenent omnes secundum Bartol. in d. l. si quis sub condicione, num. 11. ff. de testam. tut. e. l. g. communis opinio, ut constat ex Ant. Gomez. in l. 4. Taur. num. 11. in vers. & licet præd. iura, & Aviles, in prom. cap. 4. num. 42. & probatur, ut prædicimus in nostra l. Regia ad fin. nisi dicas, verbum guarda dador & guarda, proprie intelligi de tutore & tutela, quæ de tutore & cura, iuxta phrasin & modum loquendi in Officialium legum partitum, ut constat ex l. 1. d. tit. 16. ubi, tutela tanto quiere decir en romance, como guarda que es dada, y otorgada al buerfano libre menor de 14. años: e a la buerfana menor de 12. Nihilominus eadem est ratio & æquitas, in utraque scilicet tutela & cura.

23 Et præcedit hoc, sive filii sint minoris ætatis, sive sint iuriosi, vel mente capti, cum idem sit in cura. Et id eo debet iudex etiam in hoc matrem & aviam ceteris præferre, ut probat late Grego. Lopez. in d. l. leg. 4. in gloss. En guarda de sus hijos.

24 Sequitur in textu: Si prometierte en mano del rey, & del

inez del lugar do son los buerfanos, qui de materia que los mocos tovere en su guarda que no casaria, e otrosi, renunciare la defension que el derecho otorga a las mugeres que no se pueden obligar por otro. Idem probat l. 95. titulo 18. part. 3. forma discernitionis tutela matri factæ præfixis: ibi, La qual Donna Harraca prometio iuro a mi fulano escrivano publico recibiente por el buerfano de no se casar mietras viviese sus bienes e su hijo en guarda, Quæ l. Regia concordat in hoc cum text. in dict. authent. matri & avia, & in corpore unde sumitur, præterquam in eo iuramento de non nubendo, quod quidem non exigitur, sed promissio, & renuntiatio aliarum nuptiarum, ut constat ex text. in d. authent. matri & avia, & ex authent. sacri amieturum statim seq. & in corpore unde sumitur, & d. l. 4. tit. 16. part. 6. & in terminis observavit Greg. Lopez. in d. l. 1. l. 1. Taur. num. 11. in princ. Et quod debeat renunciare secundis nuptiis, & Velleiano, & omni legum auxilio, tenet communiter DD. in d. authent. matri & avia, & in d. l. si quis sub condicione, & plures citans Boerius, dec. 124. num. 9. & Baer. de decem. tut. cap. 4. num. 47. & Anto. Prag. de tut. & curat. quest. 7. num. 39.

Hæc renuntiatio aliarum nuptiarum requiritur pro forma substitutionis valoris tutela matri factæ, alias non valebit, ut constat ex præd. iuribus, præcipue ex dict. l. 4. ubi, si prometierte, quæ verba sunt condicio alia, ut probat Beccius, consil. 1. num. 26. conditio autem inducat formam, Decem. consil. 18. num. 18. forma autem substantialis est, quæ dat esse rei. Iulianus, §. fin. ad exhib. Ergo forma non servata corruit actus, Decem. consil. 72. nu. 31. dicitur in lib. 3. præll. quest. 15. num. 7. & 11.

Et hæc, de qua agimus, conditio non dicitur continere levem solemnitate, Abb. & Deci. in ex parte, n. 3. & Franc. in 3. notab. de appellat. Boer. dec. 124. numer. 4. Baer. de dec. tut. c. n. 48. & in terminis nostris ita tenet Bar. in d. l. si quis sub condicione, n. 15. ff. de testa. tut. & in d. authent. matri & avia, num. 11. & ibi Bald. nu. 3. & Alb. col. si. in vers. item quæro, dicens, ita vidisse servari, & tenet etiam ibi Salyc. qu. 14. & Gregor. Lop. in d. l. 4. in gloss. que nocera, dicens eam l. esse mentem tenendam, cum vult, quod etiam si mater, sit tutrix testamentaria, tenetur renunciare secundis nuptiis & Velleiano: & ita communiter prædicatur, effert Ant. Gomez. supra qui addit, quod alii auxilio non optet de necessitate renunciare, secundum DD. ibid. sed Bart. in d. l. si quis sub condicione, n. 16. late disputans de hoc articulo concludit, quod si aliquid istorum i i omittatur, omittitur res magni præiudicii, & non erit legitima tutrix, quod etiam suadet ex eisdem iuribus, ut cumq; simul & copulativè requirentibus, & eisdem verbis, & præcipue d. l. 4. ubi, Otroso renunciare la defension que el derecho otorga a las mugeres que no se pueden obligar por otro. quæ verba ita inducunt conditionem & formam, sicut præcedenti de renuntiatione aliarum nuptiarum. Sed hæc si omittatur, corruit tutela, vel cura, Ergo & in illa quoque specie, si omittatur renuntiatio Velleiani, corruet, & ita hoc ultimum verius esse censo & tenendum, ut cum aliis tenet Boer. d. dec. 124. sub dict. num. 9. & 10. ubi addit ex gloss. in cap. ut circa, verb. præd. de elec. in 6. quod non sufficeret una die suscipere tutelam, & alia die renunciare & alia die tutelam suscipere, quæ sequitur alios tal. legans Baeca d. cap. 4. numer. 49. & Anto. Prag. de tut. & cur. quest. 7. n. 39. eandem Bart. opinionem sequitur Gregor. Lop. in d. l. 4. in glo. La defension, in princ. ubi quod (ut exemplificat Saly.) præiudicaret eius omisso creditoribus pupilli, quibus mater promittit, quod si pupillus eis debet, item gl. si mater cõstitueret actore, non puidicaret sibi, quæ iuvatur Velleiano ad ver. filij postea contra ipsam agentem, quod non fecisset renunciastet.

Illud tamen si interesse inter has duas renuntiationes,

nempe aliarum nuptiarum & Velleiani, probat Bartol. in dicit. leg. si quis sub conditione, nu. 21. quod illa aliarum nuptiarum, necesse est, quod specificat fiat & exprimat. hanc autem de Velleiano sufficit, quod fiat generaliter nempe omni beneficio, & quia hoc Velleiani est beneficium mulieris, & ideo de necessitate cōcluditur sub generali renuntiatione. Possit autem transire ad secundas nuptias, non est beneficium, seu privilegium, sed est quedam facultas cuilibet competens, & illa sub generali renuntiatione non comprehenditur, unde necessario debet exprimi: tenentem Bartol. in dicit. authent. matri & avia, num. 12. Alexander conf. 146. num. 3. vol. 7. sed meo iudicio merito de hac doctrina dubitavit Salyc. in dicit. authent. matri & avia, num. 16. quoniam utraque renuntiationem in specie requirit prædict. iura & postea clausula generalis addicitur, ut patet ex leg. fin. C. quando mul. tut. officio fungi poss. & in authent. ut sine prohib. mat. §. quia vero, collat. 7. ubi autem forma non est data, procedit ratio Bartol. Cum ergo iure communi & Regio pro forma & conditione requiratur, quod mater vel avia suscipiens tutelam vel curam, renuntiet secundis nuptiis & Velleiano, ut vidimus & cavetur, in dicit. leg. Regia 4. tit. 16. par. 6. cum similit. non video, quomodo procedat aut tenenda sit prædict. Bartol. doctrina. Quod sit, ut potius credam proculdubio vitari tutelam vel curam matris vel avia, si in eius susceptione specialiter non renuntietur secundis nuptiis & Velleiano. Ita namque demum à iure permititur matri & avia, suscipere tutelam vel curam, si renuntietur secundis nuptiis & Velleiano. Ergo si hæc forma non observetur, nullo modo eis permittitur, neque ipsis decernenda est.

32 Quinimo ultra istam renuntiationem secundarum nuptiarum & Velleiani, debet etiam mater vel avia, renuntiare omni alii legum auxilio, ut supra dicebamus ex dicit. leg. finali, C. quando mul. tut. officio fungi possit, dicit. authent. ut sine prohib. matri & avia, verbo Velleiani, & si non fiat, vitabitur datio tutelæ secundum Bartol. in dicit. leg. si quis sub conditione, numero decimo septimo, ff. de testament. tutel. ubi Bartol. offendit, in quibus hæc renuntiatio possit prodesse, & Salycet. in dicit. authent. matri & avia, §. questio. decima quinta, admonet, quod, si cautus, quod hæc omnia in actis scribi facias, & Alexander conf. trigesimo secundo, in causa exsecutionis, vers. secundo, principaliter moveo, volumine quarto, ubi & refert aliud commodum huius renuntiationis, & omni alii legum auxilio, scilicet, quod videntur renuntiare beneficio excussionis, & quamvis dicit. leg. quarta, & nonagesima quinta, tit. decimo octavo, part. tertia, nihil dicant de ista renuntiatione generali, quia tamen iura communi præcitate ea requiritur, semper ipsam apponi facias in actis, ut admonet Gregor. Lopez, in dicit. lege quarta, titulo decimo sexto, par. sexta, in gloss. La defension. versiculo, autem, ibi, ista tamen lex, de quo idem in gloss. penultim. eiusdem leg. quarta.

33 Quod si mater vel avia suscipiens tutelam vel curam prædict. renuntiationes fecerit, poterit pro debito tutelæ, vel curæ incarcerationi, quoniam per talem renuntiationem privilegia mulieribus concessa tollitur, mulierque redigitur ad similitudinem tutoris masculi, videturque per huiusmodi renuntiationem mulieri sublatum beneficium sibi iure concessum, per authentic. sed bodie, C. de officio divers. iudic. & in authent. bodie novo iure, C. de custod. reorum, in tenet Bartolus in dicit. authent. matri & avia, numero decimo tertio, & ibi Salycet. num. decimo quarto, idem Bartol. in dicit. leg. si quis sub conditione, numero decimo octavo, Roman. Alexander & Jason, num. trigesimo quarto, in leg. perique, ff. de in ius voc. de Romā. in leg. si vero, §. de viro & in leg. alia, §. eleganter, num. undecimo, ff. solut. matrim. Baldus in tractatu de carcerib.

capit. prim. numero tertio, Socinus de citation. artic. quibus, num. trigesimo nono, vers. decimo sexto fallit, Matth. sili. singular. centesimo nono, Socinus, regnl. 259. fallent. septima, & regul. 229. fallent. secunda, & conf. 180. numero secundo, volum. secundo, tradit Boerius, de off. 249. nu. undecimo, & in repetitione legis consensum numero 141. C. quomodo, & quando iudex, Hypopolit. singular. 248. Palat. rub. in leg. quinquagesima secunda Taur. numero quinto, & ibi Cysuentes & Castell. in principio, & Antoniu Gomez. numero secundo, ubi dicit communem, idem Antoniu Gomez. in l. decima quarta Taur. numero undecimo, in vers. item adde, & congerit plurimos Barr. de decim. tut. capit. quarto, numer. quadragesimo sexto, & sequuntur plurimi, quos refert Ioannes Matene, in l. decima gloss. prim. num. quarto, tit. tertio, libro quinto, Nova Collect. Reg. Et hæc sententia supra citata receptor est, secundum Covarr. libro secundo, Variar. Resol. capit. secundo, numer. tertio, & auctoritate, & numero scribentium videtur communio, & omnino tenenda in iudicando, & consulendo, secundum Caldas Perey. in repet. l. si curatorem habens, in parte, sine curatore constitutus, numero 108. in vers. verum contraria sententia, C. de in integrum restitut. minor. ubi alios citat, & refert etiam plurimos Prosper Farinacius in Tractatu, de Carcer. & carcerat. questione 27. num. 61.

Nihilominus tamen proculdubio contraria sententia verior est, atque tenenda in iudicando & consulendo, iure communi & Regio attento. Imo quod mulier etiā ob debitum tutelæ incarcerationi non possit, licet prædictis auxiliis renuntietur, sufficenter: primo quia licet ob debitum tutelæ vel curæ mulier alius incarcerationi possit, habet tamen privilegium, ne cōvincatur ultra, quomodo facere potest, cui renuntiat non potest, ut in leg. alia, §. eleganter, ff. solut. matrimo. in Bartol. in dicit. leg. si quis sub conditione, numero 20. in tenet receptor secund. Matien. ubi supra numero. tertio, & Anton. Gomez. in dicit. leg. decima quarta, Tauri, sub dicit. n. m. undecimo, & Farinacius ubi supra, numero sexagesimo tertio, & est receptor, ut cum aliis probat atque affirmat Caldas ubi supra dicit. numero 108. vers. ubi ceterum, §. 1. Et et hoc beneficium competit, mitti non potest in carcerem, miles, & ibi DD. ff. de re iudic. Bal. loquens in multis, in l. in fin. C. qui bon. ced. pos. Alexand. in l. Cent. num. 25. ff. de vulg. & pup. Baec. ubi supra dicit. cap. 4. num. 78. Matene. etiam ubi supra dicit. numero 108. vers. ubi ceterum, §. 1. Et et hoc beneficium gaudet omnes ascendentes, quibus honor & reverentia debetur, s. sunt, qui in idem, in leg. ff. de re iud. l. 1. tit. 15. p. 5. ergo mater & avia etiam ob debitum tutelæ incarcerationi non potest.

Secundo si ex dicit. l. 62. Taur. quæ hodie est dicit. l. 10. tit. 3. l. 5. Nova Collect. Reg. quæ ita se habet: Ninguna muger por ninguna deuda que no deservida de deldito pueda ser presa ni detenida sino fuere concisadamente mala de su persona, quæ dispositio cum sit generalis, ac comprehendat quodcumque debitum tutelæ vel curæ: & ita merito hæc opinio, ut verior tenent probant, Socin. in l. perierit, num. 40. ff. de in ius vocand. & ibi Ioan. à Monte Spered. Præposit. in cap. ex parte M. nu. 11. de appellatio. Albe. in l. ubi ad huc, C. de iur. dot. Barb. in cap. lator. nu. 4. de pignori. Pomato ad Bar. in authent. matri & avia, C. quando mul. tut. officio fungi. poss. Ioan. Baptista Severi. in tract. de deb. suspens. & fugi. quæst. 5. num. 26. Hypopolit. de Marfil. in pract. crimin. §. uti vngam, num. 65. Gome. in cap. 2. num. 22. de indic. lib. 6. Soarez. in l. 2. titu. de los goviernos, lib. 2. for. quæst. 5. num. 11. Covarr. dicit. lib. 2. Variar. resol. capit. 1. num. 3. Petrus Duenas. in regul. 31. limitatio. 20. Avilis in proem. c. prator. glo. prima, numero 27. Petrus Placa, in Epitom. delict. capitulo 34. n. 12. Menchac. de successio. creat. §. 22. limitatio. 18. numero 82. Baec. de decim. tut. dicit. cap. 14. numero 78. & Matien. ubi supra numero 3. ad fin. qui. num. 4. ad fin. inquit quod hæc opinio,

nio, apud nostrates est verior & receptor, atque ideo eam tenendam dicit, eandem iure nostro Regio, & communi, atque Lusitanæ probavit Caldas, ubi supra, dicit. numer. 108. vers. ubi ceterum, & Azved. in dicit. lege 10. nu. 4. referens et alios locis: Hanc etiam, ut verior tenent probat Farinac. ubi supra, nu. 62. & 63. dicens quod ab illustriori opinione tanquam iudicio suo, & equiori & honestiori, atque etiam melioribus rationibus fundata, minime in iudicando ac consulendo recedendum esse consilii & iudicatur: Et profecto ego idem dico, imo dico, omnino dubio carere hanc opinionem, & minime posse eius fundamentis recte responderi: quam etiam sequenti sumus & latius probavimus libr. 2. pract. quæstio. 26. per totam.

37 Intervenire si quoque debet in instrumento tutelæ, vel curæ hypotheca expressa bonorum, ut probari videtur in dicit. §. quia vero, in authent. ut sine prohib. matri, & tenet Bart. in dicit. l. si quis sub conditione, num. 22. idem Bart. & Salyc. in dicit. authent. matri & avia, dicens Salyc. quæstio. 18. hoc non esse mirandum, cum tutela hæc exorbitet à iure communi, & ibi etiam dicit hoc procedere in tutela, quæ matri vel avia per, defertur: nam si defertur testamentaria tutrix, sufficeret tacita hypotheca, per leg. induita.

38 Gesta tamen, si per matrem vel aviam, quæ non renuntiat secundis nuptiis & Velleiano, si non sit sibi oppositum, valent & tenent, arguendo l. 1. & per totum, ff. quod fulsit. auctore, & in l. Barbarius Philippus, ff. de officio prator. ita tenet Alberic. in dicit. authent. matri & avia, columna penultim. quem refert & sequitur Anton. Gomez. in dicit. l. 4. Tauri, sub numero 11. in vers. unum tamen est.

39 Tunc si videndum est, an dispositio nostræ l. Regiæ 4. tit. 16. par. 6. & similitum, requiruntur prædict. renuntiationes aliarum nuptiarum, & Velleiani, procedat etiam in matre avia vel proavia tutrice, vel curatrice testamentaria?

Et proccedere quidem etiam in tutela, vel cura testamentaria patet ex eadem l. 4. quæ, ut supra dicebamus, & eam quoque intelligit Gregorius Lopez, in proprio loco in gloss. maior de 25. annos, & in gloss. adada: loquitur in tutela testamentaria, & in terminis hanc opinionem tenet Bartolus in dicit. leg. si quis sub conditione, numer. 14. vers. quæro si mater, & in dicit. authent. matri & avia, columna. fina. vers. quæro, quid si mater est data, num. 1. & pro constituta cam tenet Gregorius Lopez, in l. 3. in gloss. scar. los moco. ibi & constat hoc etiam, & Baec. dicit. ca. 4. num. 50.

Sed nihilominus contraria sententia est de iure verior & tenenda, imo quod mater vel avia relicta tutrix vel curatrix in testamento, non tenetur renuntiare secundis nuptiis nec Velleiano, nec fit data ipsi tutrix, vel curatrix in testamento, & ne fit detegitur conditionis ipsis extraneis, ut in terminis tenet gloss. fina. ibi exceptis testamentariis, in lege final. ff. de tutel. cum qua transeunt Doctores, ibi, nemine dissepante, & est cōmuniter recepta, gloss. illa secundum Laurent. de Pino, capitulo 37. numero 3. & 4. qui hæc opinionem late probat, & dicit, quod ea videtur magis communis, cum habeat auctoritatem glossæ cōmuniter receptæ: Hanc etiam sententiam sequitur Albericus in dicit. authent. matri & a-

via, vers. nunquid data in testamento, dicens, sic ita vidisse determinari, & sentit Angelus, conf. 50. in cap. restator quidam, & hæc opinio servatur de consuetudine secundum Ioann. Labrum, in dicit. authent. matri & avia, & Guid. Papæ. decisio. 330. refert Boer. decisio. 124. num. 13. & decis. 6. infra, & in §. 6. de consuetud. iur. statut. per quos etiam refert Baec. de decim. tut. cap. 8. num. 27.

Ego tamē hoc non invenio apud Guid. Papæ, ubi supra. Verū inq. Boer. dicit. quæst. 124. quæst. 13, quod usu pravaleat hæc opinio, quia infinitæ mulieres juris ignaræ remanerent deceptæ, & etiam contrahentes cum eisdem.

Et si in creatione tutoris, curatoris, syndici, vel actoris, attenditur consuetudo, juxta glossam, quam ibi Doctores faciunt singularem in l. ita tamen, in principio, ff. ad Trebellian. & Guido Papæ in suo singular. 387. vers. in creatione actoris, & idem decis. 352. dicens, quod in multis locis non semper servatur dispositio iuris in ipsis constitutendis, & addit Boer. quod ita ibi Bordegalles servatur, quia per producta acta coram iudice agitata constabat, tutelam matris sine aliqua renuntiatione fuisse decretas. Et opinio Boerii, ubi supra, nempe quod de consuetudine mater & avia relicta tutores, vel curatrices in testamento non renuntiet secundis nuptiis, nec Velleiano, sequitur Antonius Piagus, de decim. & curator. quæst. 7. num. 40. & Ioannes Baptista Ferrer. conf. 312. conf. duodecimo, num. 4. in secunda parte. Et ita censet tenendam hæc secundam opinionem, ut verior, & cōmunem, utique approbatam.

Neque obstat inductio nostræ leg. 4. supra pro contraria parte facta, nempe quod loquitur in matre & avia in testamento relicta tutricibus, vel curatricibus, quia ipsa lex, non loquitur expresse in ea specie, ac proinde eam non decedit nec corrigi opinionem glossæ, cōmuniter approbatam, ut dicit, l. fina. ff. de tutel. de qua supra, & determinationi magis communi Doctorum, de qua supra.

In iis tamen, quæ sunt tempore peritura, vel, quæ concernunt utilitatem pupilli, valent gesta per ipsam matrem, vel alium tutorem ante observationem solemnium, ut est textus, in lege final. & ibi Doctores, C. si tutor satis non de, & diximus supra cap. primo, num. 19. & 11. & in terminis Boerii. dicit. quæst. 124. numero 19.

34 Similiter tibi mater est in montibus & locis remotis, in quibus non potest facile consulere peritioses, excusabitur, si non fecerit prædictas renuntiationes à iure requisitas, ita tenet Paul. Castren. in lege 2. C. de in ius vocand. dicens alius consuluisset, & si haberet hodie, consuleret, sequitur & probat Boer. ubi supra, num. 20.

35 Mater etiam si tutrix, vel avia tenetur jurare, ut illa facere, & inutilia prætermittere, juxta textum in lege fin. §. defensionem, C. de administrat. turo. & in terminis ita observat Curt. Senior. consilio sexagesimo sexto capitulenter, columna. decima septima, in vers. sic, modo ex sibi elicitur, Capicinus decisio. quinquagesima, numero quinto, quos refert, & sequitur Baec. de decim. tut. capitulo tertio, numero quadragesimo.

36 Tenetur etiam inventarium conficere, ut per Doctores in dicit. authent. matri & avia, quod plures referunt tenet Baec. ubi supra, numero quadragesimo septimo, & cum gloss. & alio Decian. consilio nonagesimo quarto, numero decimo quinto, volum. tertio, ubi numero decimo sexto, quod alias tutor, quicumque sit, qui non conficit inventarium, præsumitur esse in dolo, de quo infra alio capitulo late agemus.

37 Tenetur etiam rationem reddere administrationis alius, sive tutrix fuerit, sive non, Paulus de Castro in lege omnem, C. ad Tertul. Cornelia. conf. 198. columna. final. libra. primo, & conf. 255. eodem libro, allegat alio Baeca, ubi supra, numero quadragesimo tertio, decimus latus infra in

tertia parte capitulo primo, in principio.

- 46 Quinimo etiam mater bene & optime administrasset bona filiorum, & tamen non confecerit legitimam inventuriam, neque potest reddere rationem, non ideo excusaretur, sed d. Bald. in leg. precib. n. 18. C. de impube. & alii sub h. in v. s. sed quid si mater delatam sibi tutelam, & in leg. matres, C. ad Tertull. in v. s. nunquid mater excusetur, sequitur Corneus, consilio 175, columna secunda, in tertio, & consilio 112. in quarto volumine, & Gozad. in cons. 17, num. 4. cum sequenti, quos ad hoc refert & sequitur Decian. dist. cons. 94, num. 17. volumine tertio, facti do. Irina Bald. in leg. cum oportet, §. final. versicul. modo incidit in quaro, C. de bon. que liberis, ubi inquit, quod si mater male administraverit bona filiorum, non suscepta tutela, minus cum ea agitur, quam si suscepta tutela, pariter male & non legitime confecto inventario, administraverit: quia quodam tutelam non suscepit, non dicitur sprevit tutelam & juramentum, quod pro ea ritegeenda prelitit: sed quodam eam suscepit, & non confecerit inventarium, & male administrat, tunc omnia spernit & ideo graviter peccat: quam doctrinam sequitur Decian. cons. 99, num. 5, de off. & demon. 38. Decianus ubi supra, num. 17.
- 48 Tenetur etiam mater, quae tutelam suscepit, preter inventarium, librum etiam rationum conficere, in quo clare continentur exacta & expedita, alias dicitur esse in dolo, & contra eam datur filii juramentum in litem de eo, in quo damnium passi sunt, ut probat late plures allegans Decianus, dist. consilio 94, numer. 18. cum sequenti, volum. 3.
- 49 Insuper pro tali administratione bona matris sunt tacite obligata, ut in leg. pro officio, & ubi notatur, C. de administratione tut. Decian. consilio 349, consilium excellenterissimum Doctor, num. decimo, Socinus, consil. 180, colum. prim. libro secundo, quos refert & sequitur Baeca, ubi supra, num. quadragesimo quarto, ubi etiam quod eius dos retineri potest pro administratione, donec reddat rationem, ut per Socin. & Dec. ubi supra.
- 50 Quoniam licet et non admittatur, retentio in dote, ut in l. unie. §. taceat, C. de rei. v. alt. hoc non procedit, quando est legitime hypothecata ut per Socinum, & Baeca, ubi supra.
- 51 Res enim hypothecata retineri potest ratione hypothecae iuxta notata in leg. quoniam, C. de distract. pigno. & in leg. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indeb. & in l. final. C. de commodat. de quo latius agemus, infra alio cap.
- 52 Adeo autem et mater tenetur reddere rationem, ut ei non proficiat liberatio ab obligatione reddendi rationem, si dolum committat, vel reliqua possideat, Decian. dist. consilio 349, colum. final. quem ad hoc refert & sequitur Baeca, dist. cap. quarto, numer. quadragesimo quarto, ad finem. Quod est generale in quocunque tutore, quia etiam si sit ei remissa rationis redditio, & etiam si testator legaverit ei totum illud, in quo contigerit condemnari, nihilominus tenetur reddere, quicquid apud eum fuerit, ex rebus pupilli, tenebiturque etiam de dolo, non obstante legato quantum vis amplissimis verbis factus, ut in leg. quidam decedens, in principio, & in leg. qui plures, ff. de administrat. tut. leg. non solum, la secunda, §. si heres, ff. legal. §. inter cetera, ff. de liberatione legat. Ita pluribus rationibus concludit Alexander cons. sexagesimo secundo, serenisimus, num. 8, lib. 4. Salycet. plura adducens, in leg. cum necessitatem, C. de fidei commissis, Decian. ubi supra, & cons. 418, num. vigesimo, & cons. 178, num. secunda & tertio, ubi dicit communem, atque idem Decian. cons. 192, numero quarto, & late eam probat & Azymon. cons. 103, num. nono, lib. prim. & Carol. Molin. alios allegans in consuet. Paris. §. 6. gloff. 6. num. 20. Baer. decisio. 124, num. 8. Baeca, de decim. tut. cap. 2, num. 100. Anton. Gomez, in 3.

tom. Varia. resolut. cap. 12. de legat. numero 22. ubi generaliter probat, quod si quis gessit officium, administrationemve, vel negotia alterius, & dominus fecit ei liberationem generalem, & prohibuit exigi ab eo rationem, tunc non tenebitur gestor ad res vel bona perditia vel consumpta ex negligentia, vel culpa levi, vel levissima: sed tantum tenebitur ad ea, quae sunt perditia, vel consumpta dolo & malitia eius, &c. ut ubi per eum.

Ergo in praemissa specie, si tutor non fuit in dolo, licet administratio sit culpabilis, aut temeraria, non tenebitur de administratione, ut voluit pulere Angel. consilio 102, testator adultum: quia potius imputanda est heredi fatuitas, ut ibi, per eum, quem refert & sequitur Boer. ubi supra.

Operabitur autem tale legatum, quod serupulosa specificatio, vel probatio non debet exigi, nec ratione negligentia sive levis culpa poterit condemnari, ut est pulcher text. in leg. si servus veteris, ff. de legat. 1. & ibi Baer. & pulere Salycet. in dist. leg. cum necessitatem, C. de fidei commissis, ubi Corneus expressim vult, latam culpam non esse remissam, sequitur Carol. Molin. ubi supra, dist. numero vigesimo, ad med. & de hoc agemus latius infra in materia part. capit. prim. de redditione rat. Debet igitur mater administrare iuxta leges tutoribus impositas, Corneus cons. 164, licet videatur, lib. secundo, quem refert & sequitur Baeca, de decim. tut. cap. 4, numero 47. ad finem.

Ex praedictis in hoc cap. superflua videtur illa questio, quam decimo octavo loco examinavit Anton. Piaggi de tutor. & curator. an mater possit dari tutrix, aut curatrix in testamento filio suo, quoniam nunquam dubitavit de hoc praeterquam quod legibus nostris Regni expedita est, praecipue hac nostra lege quarta, in verbis, quae nunc exponimus, servatis solemnibus, de quibus supra.

Sed & crude atque indigeste ipsam resolvit Piaggius, si quidem inquit, quod ratio ista valet praesupposita confirmatione iudicis, hoc namque contrarium est iuribus disponentibus, patrem filiis impuberibus, quos in potestate habet, posse testamentum tutorem dare. Plus namque manifestum est, tunc nullam requiri confirmationem, minimeque in matre & avia, ut probat nostra lex. 4. ibi, Est bene licet le pue de otorgar la guarda de sus hijos, o de sus nietos segun que es sobre dicho, & ibi expresse tenet Gregorius Lopez, in gloss. dada, dicens, quod cum mater vel avia datur tutrix in testamento, non indiget confirmatione, sed solum habet tutelam agnoscere coram iudice, secundum Bartol. in leg. si quis sub conditione, colum. quinta, ff. de testam. tut. Et quod satis probatur in dist. leg. quarta, & in leg. 9. eodem titu. & in leg. nonagesima quinta, titu. decimo octavo, partia tertia, probatur etiam in leg. prim. ff. de confirmatio. tut. & ibi Bartol. & Doctores, & in leg. tertia, ff. eodem titu. Bartol. & Doctores in l. si filio, §. si quaratur, num. prim. in princip. ff. eodem titu. Resolutio igitur Piaggi, in hoc praetata, ita indistincte intellecta falsa est in casu modo narrato.

Poterit tamen procedere in matre vel avia relicta tutrici filiis, vel nepotibus impuberibus a patre, qui eos in potestate non habebat, vel curatrice adultis, tunc enim confirmatio iudicis requiritur, ut supra alio capite probavimus.

Vel etiam, quando mater vel avia tutrix relinquatur a patre testamento imperfecto: tunc enim tutor datur a patre testamento invalido confirmatur dist. l. 3. ff. de confirmat. tutor. Quod procedit etiam in testamento imperfecto inter liberos, si tutor extraneus datus sit: secus, si unus ex liberis, quia testamentum imperfectum valet, iure communi tantum inter liberos, non vero quoad extraneos, leg. hac consuetissima, §. ex imperfecto, C. de testamento, §. final. C. famul. arcif. cum similibus, ita tenet Bartol. in dist.

in dist. l. 3. num. 2. idem Bart. in d. §. si quaratur, numer. 1. ubi ita distinguit, quod tutor datus in testamento minus solemnibus, olim debebat indistincte confirmari, hodie debet distinguere, quod aut testamentum est nullum, ex causa praeteritionis, vel exheredationis, aut ex defectu solemnitatis. Primo casu non eget confirmatione, sed valet hodie, per auct. ex causa, C. de lib. prae. vel ex hered. Secundo casu, aut datur tutor unus liberis, & non eget confirmatione hodie, ut in d. §. ex imperfecto, aut est datus extraneus, & tunc eget confirmatione, & sic Bart. in hoc loco idem tenet, quod in d. l. 3. in princip. qui a patre, num. 2. ubi Alberic. colum. 1. vers. item oportet, hoc etiam probavit, & hanc distinctionem legitur Alexand. in d. §. ex imperfecto, col. 1. ubi Curt. fun. numer. 26. testatur, eam esse communem.

Contrarium tamen tenet Cuman. in d. l. qui a patre, num. 2. qui in ultimo casu secundi membri, scilicet, quando datur tutor extraneus liberis in testamento minus solemniter, nemp, quod valet tutoris datio, & non eget confirmatione, quae adhaec sit provisio filii impuberis, sicut quando alter ex filiis relinquatur tutor: utroque enim casu valet favor filiorum, non vero extranei tutoris, cum tutela fit onus, ut in §. 1. Insuper, de excusat. tutor. In l. si quis a filio, §. si quis plures, n. 15. ff. de legat. 1. Marian. Socin. in repet. l. cum filio, n. 21. ff. de legat. 1. Baeca, de decim. tut. c. 1. n. 13.

Et praedictam opinionem Cuman. sequitur Iaf. in d. §. ex imperfecto, in fin. & voluit prius ita indistincte gl. in d. §. ex imperfecto, verbo liberos, & in l. 1. C. de testam. tutel. sed tamen defendens communem distinctionem Bart. dicimus, quod licet tutela fit onus.

Nihilominus tamen mater honorificum est, i. testamento (tenetur, ff. de testam. manum. Bart. & Bald. in l. penult. C. de verbor. signific. Socin. in l. i. r. unum, §. cum quidam, ultimo notabili, ff. de reb. dub. & inter munera publica computatur, l. ff. de munerib. & honor. Baeca, ubi supra, n. 26, praecipue in his regnis Hispaniae, in quibus consuetudine atque usu communi, & antiquissimo, recepta tutoribus decima pars fructuum bonorum minorum in praemium assignatur, ut infra in tertia parte dicemus, ad finem operis. Magni igitur commodum, & honoris, & pecuniarum tutori proventus ex administratione tutelae: ergo non valet tutoris extranei datio in testamento patris imperfecto liberis filiis, nisi confirmetur. Ita defendi potest praetata communis Bart. distinctio.

Hodie tamen in his regnis Hispaniae proculdubio tutor in testamento imperfecto, etiam inter liberos indistincte confirmatione eget, cum per legem tertiam

Quod nendum procedit in testamento nuncupativo, vulgo, dicho abierto, de quo nuncupatio loquitur d. l. 3. Tauri, in princip. sed etiam in testamento in scriptis, quod vulgo dicitur, cerrado, magno enim loquitur, & intelligenda est praetata lex Regia, secundum veriorum & receptiorem nostrorum sententiam, nemp, ut esdem solemnitas requiratur in testamento inter liberos in scriptis, quae inter extraneos, ut patet ex versicul. Pero en el testamento cerrado, ubi postquam in verbis praecedentibus quaverat solemnitatem requisitam in testamento nuncupativo inter liberos & extraneos, subdit: Pero en el testamento cerrado, que en latin se dice, in scriptis, mandamus que interuen gan alo menos siete testigos, &c. quae verba necessario referenda sunt ad testamentum in scriptis inter liberos factum, quoniam verba continuata inducunt repetitionem praecedentium, ut in l. in repetendum, ff. de legat. 3. l. avia, in princip. ff. de condit. & demonstrat. Ergo in utroque testamento, nuncupativo, & in scriptis, adaequata est hodie solemnitas inter liberos & extraneos. Et ita hanc opinionem tenet Cifuent. in d. l. 3. Tauri, n. 7. & eam esse in praxi receptam testatur & late probat Ferdinandus Arias, ubi, num. 5. cum pluribus seqq. usque in fin. gloss. 2. & Castell. ibidem, gloss. entre los hijos, & Anton. Gomez, num. 59, & 60, & Gregor. Lopez, in d. l. 7. in gl. alios hijos, & Covarr. de sponsal. 2. part. c. 8. §. 4. num. 13. in fin. Eandem sequitur & latissime alios comprobat urgentissimis fundamentis Matien. in d. l. 2. gl. 1. numer. 5. cum seqq. ubi quod hae opinio veteris & receptor est contra Calatayud Salon. de Paz, & Mench. contrarium tenentes veribus fundamentis. Et quidem in praxi nunquam de eorum praedicta sententia vidi dubitari, quia commertum est, eam esse certam.

Relinquitur ergo ex supra dictis, quod tutor datus a patre in testamento minus solemniter inter liberos, five nuncupativo, five in scriptis, eget iudicis confirmatione. An autem in hac specie requiratur ulla inquisitio, & quando aequalis esse debeat, consulendus est Bartol. late distinguens in d. l. si filio, §. si quaratur, sub n. 1. versic. sed advertendum, ff. de confirmat. tut.

Quod si mater vel alius tutor testamentarius in testamento minus solemniter relictus, petierit a iudice confirmationem, & iudex neglexerit tutelam confirmare, poterit administrare, ut voluit Bart. in d. l. qui a patre, n. 4. ff. de confirmat. tut. Angel. in §. sed si emancipatio, n. 4. Insuper, de tutel. Antonius Piaggi de tutor. & curato. quest. 18, num. 4.

Mater tamen non potest dari tutrix, aut curatrix per iudicem, itaquam extranea, quia tutela est virile officium, l. tutela plev unque, ff. de tutel. l. foeminae, ff. de regal. iuris, & ibi late Dec. & non permittitur nisi ut matri, & aviae, ut praediximus, non vero tantquam extraneae, ita Paul. de Cast. cons. 413, in princip. viso d. causa, n. 2. lib. 2. quem refert & sequitur Anton. Piaggi, de tut. & curat. q. 18, n. 4.

Uteriusque videndum est, quod tempus habeat mater vel avia in terminis in d. atheni. matri & avia, quando mulier tut. offic. fung. poss. & leg. g. n. 6. part. 6. nullo, nepe tutore testamentario existere, sed legitimo, cui fuit decreta tutela per iudicem, tanquam proximiorum, vel dativo, ad petendam praedictam tutelam, ex cluso legitimo, vel dativo, cui prius fuerat decreta, iuxta vradia per Bart. in l. si impuberis, n. 5. ff. de tutor. & curat. dat. ab his, & alios d. d. Et quidem in agnato proximiori decim habet, quod infra quatuor menses a die scientiae debeat petere coram iudice, sed admitti in tutorem & curatorem, & quod alias dicto tempore elapso non admittatur, ut tenet Bart. in l. Salycet. in temp. presbyteros, la 2. per tex. ubi, si tamen intra quatuor menses, ex quo vocati sunt, apud iudicem competentem in scriptis declaraverint, talem administrationem suscepisse, C. de episcop. & clerici. loquitur namque

que in clericis. & in auth. de sanctiss. episcop. s. Deo autē, collat. p. tener. Bart. in tutor si petiti. n. 4. ff. de tut. & cura. datus ab his. idē Bart. in d. auctent. matris & avie. n. 18. & ibi D. Ioann. Anan. conf. 100. v. 18. Alex. conf. 140. super testamento. n. 5. vers. alia etiam videtur. vol. 1. & conf. 161. super primo. vol. 1. & conf. 109. v. 10. statuto. n. 1. cum segg. vol. 3. Dec. conf. 16. n. 7. quos refert & sequitur Caval. de tuto. & curat. 200. qui est videndus a n. 107.

Sed in matre & avia aliud probat Decius, ubi supra nempe ut possint etiam ultra quatuor menses petere administrationem. secundum Bald. in d. auctent. presbyteros, sed nihilominus in matre & avia adhuc idem videtur dicendum, quod in agnatis, per supra dicta. nempe, ut intra quatuor menses tutelam petere debeant, non vero admittatur, si eo tempore elapso eam petant, quia iam sunt in mora, ut inquit Bart. in d. tutor si petitus, n. 4. ideoque non est tutum, quod Bald. & Dec. ubi supra in contrarium tenent secundum Cavalca. d. n. 200.

64 Mater & praterea vel avia non removetur à tutela vel cura filiorum, vel nepotum, etiam si hæc persone habeant litem cum minoribus, sed adiungitur eis alius tutor, vel curator, ut tenet Bald. Salyc. & alii. D. in d. auct. matris & avie, quos refert & sequitur Math. de afflic. decisio. Neapol. 207. n. 1.

65 Sequitur in tertio Regio: & El a razon por que defendemos que no case de mientra que los mocos toviere en guarda es esta; por que podria acascer que por el gran amor que avia a su marido que tomase de nuevo, no guardaria tan bien las personas, ni los bienes de los mocos, o faria alguna cosa que se tornaria en gran danno dellos. Est etia altera lex Regia optime idem probans in l. 19. tit. 16. part. 6. ubi agens lex illa, apud quem debet educari pupillus, & praterens in hoc matrem eius, si mulier bonæ famæ sit, & in viduitate perseveraverit, inquit, mas luego que casare deven sacar el huermano de su poder, por que dixeron los sabios que la muger suele amar tanto al nuevo marido, que no tan solamente de la rra los bienes de sus hijos, mas aun consentiria en la muerte dellos, por fater placer a su marido. Præsumitur & namque amore ardere magis ad secundum virum, quam ad filios. l. lex. qua tutores. c. de admistr. tut. & mulieres diligunt viros, etiam ultra filios, Bart. in l. pater Severianam, s. penultim. ff. de condit. & demonstr. quem refert Greg. Lopez. in d. a. in glo. amor que avia a su marido. Eadē rationē, quod amore secūdi mariti, vel eius causa non bene quæritur ab his filiorū, adducit Anto. Gomez. in l. 4. Tauri. n. 11. in vers. item adde.

66 Ex quibus & merito supra resolvimus c. 5. n. 12. iudicem non teneri de necessitate providere tutorem petiti, & nominatum à matre, cum transit ad secundas nuptias, sed esse in eius arbitrio dare illum, vel non: siquidem amore nimio secūdi viri præsumitur nominasse, quem ipse voluerit, quem forte non expediat pupillis tutorem habere, & quare lex nostra prohibet, ne mater vel avia transeat ad secundas nuptias, dum habet filios vel nepotes sub tutela, vel cura, scilicet: Por que podria acascer que por el gran amor que avia a su marido, &c. ut supra retulimus, eadem profertendum est, non teneri iudicem in hoc sequi voluntatem mulieris, volentis transire ad alias nuptias, & sic approbare nominatum ab ea tutorem vel curatorem eidem filiis, vel nepotibus, sed eum dare, quem magis expedire iudicaverit minoribus: ex eo, quod mater possit fraudulenter eligere, ad rationes fraudandas, l. divum, s. si quidem, ff. qui pet. tutor. Et hæc est magis communis opinio, secundum Greg. Lopez. in l. 5. in glo. al. mas cercano, in vers. sed an cum mater sit. 16. part. 6. eamq. sequitur Craver. conf. 190. n. 1. & plures refert Menoch. de arbit. iud. lib. 2. c. 2. casu 151. n. 2. cum sequentibus, quos addere poteris, quos supra dicto cap. 5. n. 12. ibidem citavimus. Et ita est tenendum reiecta distinctione Bald. in exp. ex parte, et 2. n.

4. de appell. tenentis, quod tutor petitus à matre tutricæ testamentaria præferatur legitimus, quia testator tacite excluist eos, sed si non erat tutricæ testamentaria, legitimus anteferri, si essent idonei & hæc namq. differentia iure non probatur, ac proinde verior est, & tenenda præfata resolutio magis communis, cum sit etiam radicalis, & concernens utilitatem pupillorum.

Diligenter & ergo super hoc inquirere debet iudex, quem in hoc casu tutorem eligat, & non male, sed bene ac prudenter agat iudex, si agnatos, & cognatos, & notos pupilli ad hoc citari faciat, ut ab illis de proposito à muliere tutoris, vel de alterius conditione informationes habeat, ut admonuit Salyc. in auctent. sacramentum in fin. C. quando mul. tut. officio fung. possit.

Vnde ubi & competice illum idoneum, quem proposuit mater, illum potius decernere debet, quam alterum quemvis, ut sensu gloss. an leg. si quis sub conditione, ff. de testamen. tuto. quam secutus est Speculator à Salycetorelas, idem respondit Decius conf. 67. 4. n. 4. dicens, tutorem à matre ista nominatum esse cum inquisitione dandum, alioquin ei legitimus esse præferendum, sequitur Greg. Lopez. ubi supra, ad idem citans Curt. Sen. conf. 46. super controversia. & Bald. in l. omnes, vers. quando, an datus, C. ad Tertull. ubi tenet, quod est prædictum, & limitat, quod datus datus daretur personæ toricæ, & legitimi sint magis idonei, inquit, scilicet intelligere, dari per inquisitionem, quando vocatis vocandis causa esset. Verba namque apposita per tabelliones dicentes, quod iudex videt & cognoscens eum idoneum, &c. non probant, quod sit datus ex inquisitione, sed solum quod sit idoneus ex aspectu, & quia quilibet præsumitur idoneus ex generali conjectura, quæ sunt verba gravia, & singularia secundum Gregor. Lopez. in fin. d. gl. ubi etiam addit videndum eundem Bart. conf. 82. statuto. volum. 2. Eandem resolutionem in effectu sequitur & probat Menoch. ubi supra. n. 3. & 4. & nos quoque probavimus omnia supra. d. conf. 32. n. 17. cum segg.

Vnde tutor & aut curator datus ex abrupto, & absq. causæ cogitatione, ad requisitionem matris transiens ad secundam vota, non potest esse tutor, neque curator, sed loco illius legitimus admittendus est. Decius d. conf. 47. 4. in testamento Bernardi, in fin. quem adhuc refert & sequitur Anton. Præsumitur de tut. & curat. q. 3. n. 4. 4.

Cum igitur & mater transiens ad secundas nuptias, possit petere aique tutorem dari filiorū, non solum generaliter nemine nominato, ut in l. 92. C. qui pet. tuto. sed etiam nominatis pluribus, vel aliquo ex eis, l. divum, ff. eod. titu. sed & unum nominatum, iuxta gl. d. l. 6. quæ sub conditione, & Speculat. in titu. de tutel. anomal. in fin. & notant omnes in d. auct. sacramentum, C. quando mul. tut. officio fung. possit. & pater ex supra citatis, & resolvimus, cum cōmuni, deducitur quod solum matris iudicium, & quoad electionem tutoris, non est satis, sed inquisitio fieri debet à iudice, ut etiam patet ex prædictis, & probatur in l. final. C. qui pet. tut. Mater enim est petere, iudicis eligere, Bald. consil. 470. quidam, vol. 3. & hoc est communiter receptum, teste Hieron. Gabr. conf. 27. n. 31.

Idem in inquisitione & facta potest iudex sequi consilium matris, vel alium suo arbitrio dare, Cyn. in auctent. matris & avie. q. 7. C. quando mul. tut. officio fung. possit. Ang. n. 5. in d. auct. sacramentum, & alii, quos refert & sequitur Hieron. Gabr. ubi supra. n. 4. tutor tamen petitus à matre, si ex inquisitione constat esse idoneum, debet dari à iudice, & ad hoc tenetur, ut bene probat, dicens, esse verissimam opinionem Hieron. Gabr. ubi supra. n. 5. ubi etiam, quod ceteris paribus est præferendus, quem mater elegerit. Imo, dummodo effectus idoneus, quamvis aliquanto magis idoneus alter esset, idem est dicendum iuxta communem opinionem, teste eodem Gabriele ibid. Licet enim electio sit iudicis arbitrio permittitur, hoc tamen

74 men arbitrium debet esse viri boni, & iuri consonum, & si secus arbitretur, appellari poterit, ut ibi bene probatur num. 6. resolvens opinionem Cyni & aliorum supra citatorum, putantium, non cogi iudicem sequi consilium matris, sed posse alium dare, & procedere, cum petitus à matre non est æque idoneus, & iterum num. 8. inquit in pari causa, etiam aliquanto inferiori, petitum à matre debere præferri legitimo, & num. 7. cum segg. late comprobatur hoc præmaxime procedere in avo materno, petito à matre, qui præferendus est patrio contradicenti, tutelamque petenti, licet ex vi statuti patris avo in successione pupilli præferretur. Quod proculdubio in his nostris regnis Castellæ procedit, in quibus avus præferretur patrio in successione pupilli, ut est notissimum, Igitur & tutela.

75 Supradicta omnia & eadem ratione procedunt in coadjutore dando tutori suspecto: licet enim prima facie videtur, quod mater, cum sit iam nupta, non possit eum nominare, sicut nec tutorem; at tamen, quia mater, postquam nupta fuerit, relicto tutore suo filio, accusaverit eum de suspecto, & iudex coadiutorem eidem dandum esse decreverit, merito, quod eadem mater nominare possit prædictum coadiutorem, licet iudex non ardeat, semper eum admittere, sed tunc demum, cum pupillo expedire ex inquisitione arbitratus fuerit, alias secus, ut probavimus dicto conf. 52. n. 21. Vbi quod quidam iudex, qui in hac specie receperat nominationem coadiutoris in voluntate matris, rectius fecisset, dummodo idoneum nominet arbitrio iudicis ordinarii, & ita merito in illam eadem causam in regali Cancelleria Vallisoleana in gradu appellationis adiectum fuit, ut coadiutor iustus nominari per dictam sententiam à matre, non sit maritus eius, dummodo, si ipse vellet, posset esse præsens rationibus reddendis, ut retulimus dicto consilio quinquagesimo secundo, num. vigesimo septimo.

76 Fit etiam ex supra dictis, quod pater & frater matris transeatis ad secundas nuptias ab ea nominati, sunt evidenter suspecti, secundum Decium dicto conf. 67. 4. n. 5. 6. & 7. & in cap. ex parte, num. 6. de appellat. Hoc utrum saltem esse affirmat Menochius, ubi supra. num. 5. ea tantum ratione, quoniam potest mater vitricum pupilli tutorem nominare. Si ergo tutor dari potest vitricus, à fortiori frater ipsius mulieris. Hæc tamen ratio de intricato firma non est contra opinionem Decii, quia ex infra dicendis apparebit, quod vitricus regulariter non potest esse tutor privigni: adest tamen altera ratio fortior contra Decium, nempe, quod in patre & fratre mulieris cessat ratio prædicta, leg. 4. partit. ob quam mulier nubens non potest esse tutrix filiorum suorum, hi namque non debent plus diligere, novum maritum filiz, vel fororis, quam suos nepotes, & ideo cum ipsi sint cognati ipsorum, ac proinde legitimi tutores, præsumendum potius est, eos recte gesturos personas, & bona minorum, ac proinde cum sint nominati, & petiti ab ipsa matre, & iudicem saltem cum inquisitione (nisi aliud ex ea appareat) debere eos confirmare, tutoremque dare pupillis. Et ita mihi videtur tenendum, & resolvendum in hoc articulo & puncto, salva censura rectius sententis, prout etiam resolvimus d. conf. 52. n. 29. Quod si Decius in distincte aliud tenuit, forte nisi fuit ex sola ipsa inquisitione, in suo casu non observata, ut recte advertit Menoch. ubi supra.

77 Superest nunc, ut videamus, & examinemus questionem illam utilem, & in praxi frequentem contingentem, an mater vitricæ filiorum transeatis ad secundas nuptias possit nominare filios sui tutorem vitricum, hoc est, novum maritum, quem habere intendit, vel assumitur. Et quidem planum & consequens videtur necessarium ex ratione dicta leg. Regia, quam supra literaliter retulimus,

ipsum vitricum tutorem esse non posse privignorum suorum, etiam si cum in talem mater eorum nominaverit, antequam ad secundas nuptias transiret: Porque podria acascer, que por el gran amor que avia a su marido que tomasse de nuevo, no guardaria tan bien las personas, ni los bienes de los mocos, o faria alguna cosa, que se tornaria en gran danno de ellos 3 Ergo à fortiori novus maritus eius non poterit esse tutor privignorum suorum, cum in eo militet eadem, & maior ratio prohibitionis, & propter quod idem unum quodque tale, & illud magis, ut in auct. multo magis, cum simil. C. de sacrosanct. Eccles.

Præterea vitricus erit suspectus ad rationes fraudandas, & reddendas, ut patet: ergo iudex non debet eum admittere, iuxta supra dicta.

Et in terminis, quod vitricus non possit esse tutor privignorum suorum, tenet gl. 2. ad fin. ubi alii dicunt, quod a patre dari potest tutor, non à iudice, C. ubi pupillus educari debet, & hoc esse verius, nisi de consensu parentum, quod vitricus habeat, prout communiter faciunt, affirmat Boer. decis. 124. n. 12. in fin. Idem esse de consensu tutorum testamentariorum, voluit Bald. in auct. eisdem panis, vers. sed pone, quod ista mater vult excludere, C. de secund. nupt. & in l. omnem, vers. sed an quid ista nubs, C. ad Tertull. quem refert & sequitur idem Boer. decis. 266. n. 3. & quod vitricus regulariter non possit esse tutor privignorum, tenet Cavalcan. in tract. de veru. & cur. a. num. 289.

Nihilominus tamen gloss. 1. per text. ibi, in l. fin. C. arbitri. ubi si pater tuus, quem privigni iuxta tutelam administrasse proponit, notat, vitricum posse esse tutorem privigni, idem tenet Speculator in tit. de tuto. s. nunc videndum, num. 4. licet privignus non debeatur ipsi filio, & Craver. conf. 190. n. 7. Et quod vitricus cum inquisitione dari tutor possit, per l. ult. mam, & ibi Bald. C. de contrar. ind. tut. tenet Menoch. libro 2. de arbit. cent. 2. casu 151. num. 4. ubi etiam citat Curt. iun. conf. 94. num. 7. & Boer. decis. 266. idemque probat textus in l. non nunquam, in fin. 32. ff. de adopt. & l. 2. C. de interd. matr. ubi notat gl. Bald. Salyc. & communiter omnes, secundum Bald. Pereyra. in repet. in l. si curator an habens in parte sine curatore constitutus, n. 10. vers. quoniam verum, C. de integram restitutio. minor. ubi etiam quod vitricus prohibetur esse educator privigni, & eum alere, ut in l. 7. C. ubi pupilli. ed. ar. de. l. secundum intellectum gl. 2. ubi Bald. Salycet. & communiter omnium, ibi & utrumque late ibi examinatur, præcipue hoc, de quo agimus, an vitricus possit esse tutor privigni, & refert aliorum diversas sententias: & tandem dicit, veriorē esse quartam & ultimam Cuiacii lib. 6. observationum. c. 29. existimantis, vitricum regulariter à tutela vel educatione pupilli nullatenus prohiberi, & quod iudex, si semper inquirere debet, & utilitatem pupilli inspicere, si viderit suspicionem cessare, poterit vitricum tutorem creare, nec minus ei educationem pupilli committere: si minus, ab utroque poterit eum repellere, & tandem inquit Caldas, quod tanquam receptam hanc sententiam sequuntur omnes, ubi supra, & quod si prius tutor constitutus fuerit, & demum vitricus factus, eadem causa, & nova suspicio superveniente, inspecta utilitate pupilli, tantum de iudice facere poterit, & tutorem removere.

Pro hæc etiam parte facit cautela, quam nonnulli Dd. assignant, ad hoc, ut vitricus possit esse tutor privignorum, nempe, quod mater vadat ad iudicē, & dicat, quod licet intendit, velle transire ad secundas nuptias, & quod petit dari in tutorē, quem desiderat accipere in virum; tunc namque poterit esse tutor vitricus privigni sui, si iudex illi admittat, in dicit Sylvan. n. 1. li. 2. n. 51. in vers. imo si contraxisset, Carol. Ruy. conf. 87. n. 1. & 3. volum. 5. Aymon. 7. av. ubi supra dicens, quod licet possit esse tutor, pupilli tamen educare non debet, sequitur Cavalca. de tutor.

tutor. & curat. n. 289. Arbitrio igitur iudicis relinquatur decernitur tutela viricio facienda, ut patet ex prædictis: Quid teneendum? Ego quidem censeo, & doceo, priorem opinionem esse tenendam regulariter, nempe quod vitricus non possit esse tutor privigorum suorum, nec si a matre ipsorum sit nominatus, & petitus, nec ei deceptenda sit per iudicem tutela ex rationibus, de quibus supra, quæ quam urgentissimæ sunt, atque potentes, præcipue illa, quam assignat dicta l. prima supra relata, quæ hanc opinionem convincit, neque enim eam viderunt exteri, qui contrariam opinionem tenuerunt. Quamvis enim iure communi eadem ratio considerari possit, & considerata fuerit per eos, nihilominus expresse assignata a nostra lege Regia magis premit, & urget ad hanc opinionem probandum, iuxta quam iam obtinui in praxi, in gradu appellacionis in regali Cancellaria Vallisoleta, ubi pronuntiatum fuit, auterendam esse tutelam a iudice decretam vitrico per nominationem matris pupillorum in coadjutorem tutoris suspecti, ut pluribus rationibus probavimus d. conf. 52. n. 22. & nu. 27. de prædicta praxi affirmavimus.

88 Fallit primo ista sententia, quando simul eum nominationem, vel datione vitrici in tutorem, concurreret consensus parentum, vel tutorem testamentarium, ut per Boer. ubi supra.

79 Fallit secundo, quando ex inquisitione appareat, utile esse minoribus, dationem tutelæ fieri eorum vitrico, alias nunquam, nisi per inquisitionem tutela decerni non potest vitrico, secundum Guiler. & Cyn. in l. nonnunquam, ff. de adop. Bald. conf. 310. in primis, lib. 4. quos ad hoc refert & sequitur accuratius idem Craver. conf. 18. nu. 20. sequitur etiam Caldas ubi supra d. n. 110. ad fin. in vers. iudex ergo ubique tanquam receptam hanc sententiam sequuntur omnes, nempe dictam opinionem negativam cum hac limitatione.

80 Fallit tertio, si natus minor, & sic maior 14. annorum, petisset dari sibi in curatorem vitricum: tunc namque vocatus ab ipso adulto præfator cuiusque legitimo, nisi iudici videretur fuisse inductum a matre, vel simplicitate sua ad eligendum vitricum, aut redundare in damnum ipsius aucti, quod arbitrio iudicis relinquatur, ut per Alciat. de præsum. reg. i. præsum. 12. n. 4. ubi refert Alber. in l. fin. de contr. jud. int. dicentem, le ita obtinuisse de facto, prout eos refert & sequitur Cavalc. d. n. 289. ad fin. & n. 308. ubi alios allegans etiam limitat, quando illa persona electa a testatore, vel ab adulto, detriorem fecerit eius conditionem, & esset inhoneſta, prodiga, & suspecta, quia tunc posset a iudice repelli pro utilitate pupilli.

81 Neque prædictis fit obſtat l. fin. C. arbit. tut. juncta glo. ibid. supr. in contrarium adducta, quia ibi potius factum, quam jus refertur, lure autem tenendum est, quod prædiximus cum limitationibus supra adductis, in quibus vitricus tutor esse potest privigorum. Et in his procedere potest opinio contraria tenentium, hoc simpliciter, & tanquam perfectuſſimè, non vero ex professo agendum, quibus præferendi sunt Dd. distinguentes, prout sunt tenentes partem negativam cum prædictis limitationibus.

82 Non fit obſtat etiam cautela Dd. supra relata: quia procedit, alio legitimo tutore non opponente: nam si legitimus tutor id opposuerit, & voluerit præferri vitrico, & extraneo, ipse erit admittendus, ut Alex. conf. 158. supr. primo, vol. 3. & in terminis consuluit Francus de Pifer. inter conf. Bartol. conf. 145. scilicet sic se habet, vol. 1. quem ad hoc refert & sequitur Cavalc. de tutor. & cura. sub d. n. 289.

83 Pupillus fit tamen educari non debet apud matrem tranſeuntem ad secundas nuptias, neque apud eius maritum & sic vitricum, ut in l. 19. tit. 16. par. 6. ubi deo volente dicemus.

Ultimo fit ex dicta ratione assignata a d. l. part. tit. 16. par. 6. quam supra reulimus, deducitur etiam, quod si iudex matri tranſeuntem ad secundas nuptias fuisse quod & inepte decrevit tutelam personæ, vel bonorum minoris ipsi matri simul cum alio, vel discretive matri tutelam personæ, alii vero bonorum, huiusmodi decretum esse nullum, nam per tranſitum ad secunda vota mater ipſo iure definit esse tutrix, tex. in authent. de nupt. §. si autem tutelam, Ang. per illum text. in auth. ut sine prohib. mater, &c. in vers. max. &c. ex parte, ubi gl. & Dd. de appellat. glo. ult. in l. omnem. C. ad Tertul. l. ubi dicitur lat. tit. 16. p. 5. & cum hac opinione tranſeunt communiter Dd. secundum Carol. Ruyn. conf. 87. n. 2. vol. 3.

Ratio est triplex: prima propter mores inhonestos: secunda ratione mutatæ affectionis: tertia ratione præſentis de cetero dilapidacionis, Bald. conf. 90. hic supra, columna 1, lib. 4. Boerius alios allegat dec. 1206. nu. 3. ideo cum ipſo iure cadauta tutela per secundas nuptias, & tutrix esse prohibetur, iudex ordinarius non potest eam tutricem personæ, nec bonorum decernere, quia ad Principem hoc spectat, l. fin. ff. de tutel. & iudex aliter faciens videtur reus læsæ maiestatis. Ita in terminis tenet & probat Craver. d. conf. 18. per totum præcipue, nu. 1. cum segg. Regulariter enim est suspicio contra matrem secundum nubentem, quod filios ipsi matrimonii fit excoriat bit propter novum virum, l. lex, quat. tur. C. de administ. tut. Bart. in auth. matri & avia, col. 3. circa med. C. quando mulier tutel. offic. fung. poss. id, quod lex quarta nostra expresse approbat in prædicta sua ratione.

Quare in specie præmissa fit de qua agimus, si alter tu tor decretus cum matre solus est sufficiens administrationi tutelæ, non potest iudex alium tutorem dativum constituere in locum matris remotæ a tutela per subſe quens matrimonium, iuxta gl. in l. 1. de testam. tut. Socin. conf. 123. l. 1. q. lib. 4. quem refert & sequitur Craver. d. conf. lio 18. n. 3.

Ex quibus altera insurgit dubitatio, fit utrum mater, que tranſiit ad secundas nuptias, testatore volente, possit esse tutrix testamentaria communium liberorum? Et Bald. quidem in c. ex parte, el. scilicet, nu. 2. ad fin. de appellat. tenet, quod mater tranſiens ad secunda vota, perdit tutelam ipſo iure, nec distinguitur, utrum esset testamentaria, vel anomala, nisi testator hoc mulieri concessisset expresse, quod tutela soluta posset accedere ad secunda vota, & ex n. 1. scilicet ubi Philip. in 3. notat, quod ex ratione probari videtur: nam mater per secundas nuptias efficitur suspecta propter novum maritum, a quo præsumitur posse seduci, facit lex, que tutores, C. de administ. tut. melius dicta lex Regia in sua ratione, sed secundus vir, qui vitricus dicitur, potest tutor dari privilegio in testamento, l. si. C. de contrar. ind. tut. & ibi not. gl. & Dd. Ergo etiam mater poterit tutelam assumere & retinere volente testatore.

Nihilominus tamen in questione præmissa contrarium est tenendum ex decisione expressa nostre l. 4. tit. 16. par. 6. in tutoribus testamentariis loquentis, nisi supra probavimus, junct. l. 3. statim sequenti. Testator namque facere non potest, quin leges in suo testamento locum habeat, in nemo potest, cum materia, ff. de legat. 1. Secundo, quia iure antiquo mater non poterat dari tutor in testamento, l. iure nostro, ff. de testam. tut. l. fin. ff. de tutel. hodie vero dari potest & durat tutela, donec tranſeat ad secunda vota. Illis vero contractis amittit tutelam ipſo iure, ut dicebam, text. in auth. matri & avia, & in auth. sacramento, C. quando mulier. offic. fung. poss. l. 4. & l. 5. tit. 16. par. 6. & sic iure antiquo non est recessum, nisi solum durante viduitate matris, quia vult lex, quod non possit esse tutrix etiam ex testamento, sed postquam vidua esse desit, ius antiquum non reperitur immutatum, nec iure cautum, quod tunc possit mater dari tutor filii,

filii, imo potius contrarii, ut prædiximus. Ergo durat etiã ius antiquum, ex quo nõ mutatur, arg. l. præcipimus, in fin. C. de appell. & l. sancimus, in fin. C. de testa.

88 Tertio, quia secundum opin. Joan. 7. & Azon. magis communiter approbatam, de qua per gl. in d. l. omnem, gl. fin. tutela testamentaria ipſo iure finitur per tranſitum ad secunda vota, ut diximus sup. que gl. secundum verã interpretatione Car. Ruin. d. conf. 87. nu. 4. rejecta & reprobata: alia Salyc. in d. l. omnem, vult, quod ideo per tranſitum ad secunda vota finatur tutela matris ipſo iure: quia iure antiquo, a quo (ut dictum est) non est isto casu recessum, prohibetur tunc esse tutrix, quæ ratio militat, & etiam loquum habet testatore volente, quod salva sit tutela, qua dicto iure testatoris voluntas in hoc non attendebatur, nec servabatur, ut in d. l. iure nostro.

89 Quarto confirmatur etiam ratio hæc opinio. Lex namque removit matrem a tutela post secundum matrimonium contractu propter fraudem, & dolam præsumtu, & tanquã suspectam, ut notatur in d. auth. sacramento, C. quando mul. tut. offic. fung. poss. & probat nostra l. 4. tit. 16. p. 6. in sui ratione expressa, & quia suspicio ista est manifesta juris præſumptione, & ideo removeretur mater a tutela per tranſitum ad secunda vota ipſo iure, & sententia nõ est necessaria, sed notatur in d. l. omnem, in d. l. omnem, non Ergo potest testator velle, quod salva sit tutela per tranſitum ad secunda vota, qui hunc fit doli præſumentu de futuro non potest remittere, sicut verus dolus remitti nõ potest, l. c. veniens ff. de pat. dota. l. p. vnius, §. illud, ff. de pat. ubi Paul. de Cast. vult, quod etiã dolus præſumptus remitti non possit, sicut nec verus.

90 Quibus sit, ut hæc nostra sent. fit vera, & tenenda indistincte, prout eam eandem tenet & firmat Carol. Ruin. ubi sup. n. 4. cum segg. tamen prius, n. 3. voluerit distinguere in hanc modõ, scilicet, ut quãdo mater fuerit pure data tutrix, & sic quãdo durante etiã viduitate cepit esse tutrix, etiã fit tranſeat ad secunda vota, remaneat tutrix, si testator voluit, quod salva remanente tutela posset tranſire ad secun. nuptias, quo casu inquit loqui Bal. in d. ex parte. supr. pro contraria parte a nobis citatus.

Si vero mater non fuit a principio data tutrix pure & simpliciter, sed casu, quo tranſiret ad secunda vota, voluit testator, uxorem suam esse tutricem filiorum suorum, & sic durante viduitate non cepit esse mater tutrix testamentaria, quamvis dicto tempore esse potuerit legitima, ut in d. auth. matri & avia, non valeat isto casu talis datio.

Et ratio diversitatis secundum Carol. Ruin. est, quia primo casu tutela testamentaria durante viduitate valuit, & valida esse cepit, ideoque de facili conservatur, etiam post secundum matrimonium, si testator velit, quod tutela duret, sed in secundo casu, in quo tutela per testatorem confertur expresse in tempus secundi matrimonii, valet, quia quod hoc tempore possit inchoari tutela, non reperitur permissum, sed prohibatum: facilius ergo conservatur, quando certum est, quod ab initio valuit, quam quod novẽ inchoatur, l. patre furioso, ff. de iis, qui sunt sui vel alien. jur.

Quæ ratio comprobatur ex doctrina Specul. in titul. de tut. §. mure dicendum, in vers. quid si non datus, ubi tenet, quod fit mater contractus sponſalis non debet admitti ad tutelam, si adhuc eam non habebat. sed si illam habebat, non perdit eam, & facilius quis impeditur habere, quam habitam perdere, arg. l. 1. casum, ff. de postul. & l. 2. ff. de adult. & Specul. sequitur Salyc. in d. auth. sacramento, qu. 2. C. quando mul. tut. offic. fung. poss. & dicemus hæc infra c. seg. nu. 2. cum segg.

91 Nihilominus tamen præſata distinctio vera non est, sed meo iudicio falsa omnino. In utroque etenim casu militant fundamenta, supra jacta pro nostra sententia negativa, ut patet: & præterea rejicitur prædicta distinc-

tio, quoniam jus commune & nostræ Regie de hoc loquentes supra citatæ, non solum decedunt atque præcipiunt, matrem pertranſitum ad secunda vota perdere tutelam filiorum, fed etiam, quod ita demum, eis viduis existentibus decernatur sive legitima, sive testamentaria, si secundis nuptiis renuntiaverint, adeo quod si prædicta renuntiatione omittatur, sit nulla de jure decernitio tutelæ, ut supra resolvimus & probavimus cũ cõf. sententia. Ergo si facta d. renuntiatione decernatur, & sit mater vidua tutrix, durante viduitate, tranſeundo ad secundas nuptias, amittit tutelã, licet testator præcepit eã retinere, Nã decreta a principio ita demum vim habet, ut contractus secundis nuptiis finiantur: nõ ergo potest testator contrarium, iure ipſo advertere, si præpere seu ordinare.

Secundo fit quia prohibitio hæc secundarũ nuptiarũ in matribus viduis tutricibus filiorum suorum, sive testamentariis, sive legitimis, est iuris publici, in favorem ipsorum ita in personis, quam in bonis, ut patet ex d. l. 4. Reg. in ratione sup. non semel reuerſa. Expedit enim reipubl. ut personæ & bona papillarum rectè tueantur & defendantur, quia concernit bonum commune totius reipublicæ: jus autem publicum renunciari non potest, ut in l. ius publicum, cum simal. ff. de pacis.

Ratio præterea diversitatis supra relata assignata per Carol. Ruin. fragilis est, siquidem in utroque casu distinctio militat eadem prohibitiõis ratio: Deinde quãvis Ruin. dicit, quod in primo casu, quando mater fuit pure data tutrix, & sic tutela testamentaria, durante viduitate, valida esse cepit, id tamen non est simpliciter verum, quoniam a principio ita demum valet simplex datio tutelæ, si licet ipsa mater renuntiatione secun- dis nuptiis, ut prædiximus, & constat ex prælegatis iuribus, præcipue: ex legibus Regis super citatis, & ideo ipsæ secundis nuptiis fecit non conservatæ, etiam si testator contra prohibitionem aliã disposuerit. At secundus casus prædictæ distinctiois raro evenit, unde Metaphisice videtur, quia nunquam testatores relinquunt uxores utricibus liberorum communium, postquam ipse contracterint secundas nuptias, & non antea. Quinimo valde stulti essent, atque insani, qui hoc modo disponerent: nec enim præsumendum est, ipsos talem voluntatem habituros, sed imo potius naturaliter abhorrere damnum filiorum suorum. Licet enim aliquando contingat, ipsos ultis ex causis morcos permittere uxori bus, eisque licentiam imperari secundum nubendi, nusquam tamen legitur, nec vidimus disposuisse, ut sic secundo nuptæ retineant tutelam filiorum communium, nec quod personæ & bona eorum nõ intrent sub imperio vitricorum: quod si id fecerent, minime essent audiendi, nec iudex deberet sequi eorum voluntatem, tanquam pupillis maxime nocivam, ut statim dicemus.

Doctrina Speculatoris supra relata nobis non obest, quia loquitur in sponſa, que potest sponſalisibus renuntiare, ut ipſemet Speculator exprimit.

Superest igitur, ut præſata distinctio Car. Ruini, nec eius ratio diversitatis vera fit vllo modo, ideoque ipſemet Car. Ruin. eius auctor respiciens, d. n. 4. in prin. inquit, vel dici etiam potest, & quidem rationabiliter, quod dictum Baldi in hoc casu non fit verum, & contrarium iudicio meo sentit gl. communiter approbata in d. l. omnem. C. ad Tertul. Itaque hoc loco Car. Ruin. late fundat nostram sententiam negativam indistincte, quam sup. probavimus, nempe ut testator præcipere non possit, quod mulier relicta ab eo in testamento tutrix filiorum, contractis secundis nuptiis, retineat tutelam. Quare prædicta voluntate non obſtante tutela privabitur iure optimo per prædicta: sic quæ non obest opinio Bald. contraria, quia est falsa, ut patet ex eodem.

Nec obſtat et fit d. §. disponat, in auth. de nupt. que alle-